ſurrexerũt vt patet in euãgelio per totum

Itẽ ꝓpria ỽtute ſurrexit et terremotꝰ factus angelus deſcendit. ipſe ad diſcipulos clauſis ianuis intrauit mirabiliter aſcendit mirabiliter ſpiritum ſanctũ diſcipulis miſit.

Multa alia miracula fecit q̄ nõ ſũt ſcripta in libro hoc. Jo. xxij

Petrꝰ claudũ ſanauit. Actuũ. iij

Angelus dñi apoſtolos de carcere eduxit. Actuũ. iiij.

Multos ⁊ diuſos petrꝰ ſanauit tabitã ſuſcitauit. Actuũ. ix.

Paulꝰ celeſti lũie percuſſus cecidit cecus ⁊ poſtea illũiatus. Actuũ. ix.

Petrũ vinctũ inter milites angelꝰ eduxit. Actuũ. xi.

Paulꝰ claudũ ab vtero matris ſanauit puellã habentẽ phitoniam ſpiritum ſanauit. Actuũ. xv.

Itẽ eliman magũ lumine ꝑuauit Actuũ. xij.

Paulꝰ p̄dicans cũ adoleſcẽs p feneſtrã cecidiſſet et mortuꝰ ipſe eum vite reſtituit. Actuũ. xx.

Viperã manu inherentem excuſſit nichilq; mali paſſus eſt vñ deꝰ vocabatur. Actuũ. xxviij.

Exorciſte iudeorũ volẽtes quēdã a demonio p ihm quē paulꝰ p̄dicabat liberare reſpõdit demon. Jheſuʒ noui et paulũ ſcio vos aũt qui eſtis et inſiliens hõ in eos in quo erat demoniũ peſſimũ et diuinitus amborũ īualuit cõtra eos ita vt nudi et vulnerati effugerẽt. Actuũ. xix.

De morte bonorum.

Bel a fratre ſuo iniuſte occiſus mortuꝰ eſt. Geñ. iiij.

Abraham ſenex et plenꝰ dierum congregatus eſt ad populũ ſuũ Geneſis. xxv.

Yſaac centũ. lxxx. annorũ mortuꝰ ē in ſenectute bona. Geñ. xxxv.

Jacob finitis mãdatis ⁊ benedictionibꝰ quibꝰ bñdixit ⁊ filios īſtruxit collegit ſuper lectũ pedes ſuos et obijt. Geneſis. xlix.

Joſeph adiurauit frẽs ſuos dicens deꝰ viſitabit vos aſportate oſſa mea vobiſcũ de loco iſto et mortuꝰ eſt. Geneſis. l.

Aaron expoliauit ſe in mõte veſtibus ſuis et induit eleazar filiũ ſuũ ⁊ mortuꝰ eſt. Nũi. xx.

Moyſes iubẽte dño mortuꝰ eſt in terra moab ⁊ ſepeliuit eũ dñs et nõ agnouit ſepulchrũ eiꝰ Deu. xxxiiij

Dauid poſtq̃ īſtruxit ſalomonē filiũ ſuum et oraſſet ad dñm pro ſe et populo ſuo mortuꝰ eſt in ſenectute bona. i. Parali. xxix.

Zacharias filius ioiade ꝓplm corripuit dicens q̄re tranſgredimini p̄ceptum dñi qđ vobis non ꝓderit et ipſi iuxta regis imperiũ miſerũt lapides contra eum et interfectus eſt. i. Paralipominon. xxiiij.

Thobias poſtq̃ interitũ ⁊ deſtructionē niniue filijs et nepotibꝰ ſuis p̄dixerat mortuꝰ eſt. Thobie. xiiij.

Junior etiã thobias mortuꝰ ē ī timore dñi et ſepeliuit eũ omnis cõgregacio eius. Thobie. vltimo.

Job vir iuſtꝰ et rectꝰ. c. xl. annis mortuꝰ eſt. Job. xlij.

Mathatias pꝰ īformacõnē filiorꝫ bñdixit eis ⁊ mortuꝰ ē. i. Macha. ij

Vidēs iudas machabeꝰ mĺtitudinē hoſtiũ et paucitatẽ ſuorꝫ ait. Si appropīquauit tẽpꝰ nrm̄ moriamur ꝓpter fr̄es nr̄os. i. Machabeorꝫ. ix

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eleazar p9 multa tormenta sibi illata discessit genti sue memoriam mortis sue ad exemplum reliquit sciz fortitudis et virtutis. ij. Machabe. vi

Mater mirabilis cum septem filijs pro lege dei crudeliter occisi sunt. ij. Machabeorum. vij.

Et propter bonam correptionem iohes baptista decollatus est Mathei. xiiij.

lazarus pauper et mendicus mortuus est et portatus ab angelis in sinu abrahe. luce. xvi.

latro in cruce cum xpo pendens qualiter cumque male vixerit tamen bene mortuus est dicente xpo hodie mecum eris in padiso. luce. xxiij.

Dum lapidaretur beatus stephanus invocavit dominum et tradidit spiritum. Act. vij.

De morte malorum.

Cayn qui occidit fratrem suum abel occisus est ab lamech. Genesis. iiij.

Sodoma et gomorra propter peccata sua a summersi sunt et occisi. Genesis. xix.

Sichen filius emor qui oppressit dinam filiam iacob a filijs iacob est occisus. Genesis. xxxiiij. Et omnes masculi civitatis. Pharao cuius cor emollire non potuit moyses in mari rubro cum exercitu suo submersus interijt. Exodi. xiiij.

Nadab et abiu filij aaron offerentes ignem alienum coram domino ab igne domini devorati sunt et mortui. leuitici. x.

Chore datan abyron et eorum complices moysi rebellantes descenderunt in infernum aperto humo. Nu. xvi.

Alij contra dominum murmurantes et diversa peccata committentes varijs modis in deserto interierunt ita quod de sexcentis milibus pugnatorum duo tantum caleph et iosue terram promissionis introierunt. Deutronomij. i.

Tulit iahel uxor aber cynei clavum tabernaculi et defixit in cerebrum sizare et mortuus est. Judicum. iiij.

Si zebee et salmana servassent fratres gedeonis gedeon pepercisset eis et quia ipsi eos occiderunt ideo ipsi ab eo occisi sunt. Judicum. viij.

Una mulier sup caput abymalech fragmentum mole iaciens confregit caput eius qui vocans armigerum iussit se ab eis interfici et reddidit ei dominus malum quod fecerat interficiens. lx. fratres suos. Judi. ix.

Superbus golias a dauid puero occisus est. i. Regum. xvij.

Saul qui ipsum dauid persequebatur tandem ab hostibus persecutus irruit super gladium suum ne ab incircumcisis interficeretur et mortuus est. i. Regum. xxxi.

Adolescens qui se dixit saul occidisse ad preceptum dauid occisus est. ij Regum. i.

Simile accidit duobus latronibus qui caput ysboseth filij saul tulerunt ad dauid. ij. Regum. iiij.

Primogenitus dauid amon thamar sororem suam oppressit et postea iubente absolon in convivio occisus est. ij Regum. xiij.

Achitophel eo quod non est factum secundum consilium suum quod dederat contra dauid abijt in domum suam et suspendio se interemit. ij. Regum. xvij.

Absolon persequens patrem libidie dominandi male occisus est. ij. Regum. xviij

Siba exitavit populum contra dauid et fugiens ad abelam civitatem